

No. 903. 1421. 26. März.

Conrad Herzog von Schlesien, Herr zu Steinau und Wolau, Decan des Hochstifts Breslau überträgt bis auf Widerruf die ihm in der Bulle P. Johannis XXIII. vom 25. Jan. 1412 verliehenen Rechte und Obliegenheiten als iudex et conservator iurium et privilegiorum ac quarundam constitutionum imperialium — pro conservatione ecclesiasticae libertatis editarum et per sedem apostolicam approbatarum et confirmatarum — episcopo Misnensi nec non universo clero civitatis et diocesis Misnensis unter wörtlicher Einschaltung der Bulle no. 838 den Decanen zu Lebus und der Collegiatstiftskirche St. Stephani zu Leitmeritz, sowie dem Probst des Klosters der Augustiner-Chorherren zu St. Thomas in Leipzig. Datum et actum Wratislaviae in curia episcopali anno domini M.CCCC.XXI. — vicesima sexta die mensis Martii — praesentibus ibidem nobilibus viris dominis Henrico et Johanne de Dony, fidelibus nostris dilectis et discreto Petro Czeslaw, clerico Wratislaviensis diocesis testibus etc. Et ego Nicolaus Martini Kelner de Konigisbruck clericus Misnensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius — praesens publicum instrumentum — confeci etc.

Nach zwei im Stiftsarchiv zu Meissen befindlichen Originalen mit dem an Pergamentstreifen angehefteten Siegel des Herzogs Conrad.

No. 904. 1421. 27. Sept.

Probst und Capitel bestimmen die Reihenfolge der Expectanten der höhern sowohl wie der niedern Präbenden. Vgl. No. 797.

Noverint universi praesentem paginam inspecturi, quod nos Johannes de Slynicz praepositus, doctor decretorum, Nicolaus de Heynicz decanus, Caspar de Schonenberg archidiaconus Nisicensis, Waltherus de Kökericz archidiaconus Lusaciae, Nicolaus Czigeler praepositus Wurczinensis, Johannes de Goch praepositus ecclesiae sancti Sebastiani in Magdeburg, Stephanus Moir custos, Johannes de Malticz scholasticus, Hermannus Rodestog cantor, Johannes Hofeman praepositus Haynensis et magister in theologia, Hermannus Schipman sacrae theologiae professor et Lampertus de Seehusen licentiatus in decretis, canonici ecclesiae Misnensis capitulum repraesentantes et capitulariter congregati recognoscimus publice per praesentes, quod cum nonnulli ecclesiae nostrae canonici maiores et minores praebendas tam ex ordine receptionis, quam etiam permutationis expectantes a nobis et praedecessoribus nostris recepti iuxta consuetudinem ecclesiae nostrae solitam inviolabiliter observatam haecenus et praescriptam sub propriis eorum nominibus in antiqua matricula conscripti et lucide designati alii de hac luce decesserint aliique cesserint omnium domino disponente, quod anno domini millesimo quodringentesimo vicesimo primo mensis Septembris die vicesima septima, quae fuit dies sanctorum martyrum Cosmae et Damiani, in qua alias ex antiqua praescripta consuetudine capitulum generale consuevimus celebrare, nihilominus propter hoc et alias causas arduas nobis et ecclesiae nostrae incumbentes capitulum fuerat indictum, vocatis vocandis, qui huiusmodi capitulo voluerunt et potuerunt commode interesse. In quo quidem capitulo hora et loco consuetis nobis